

6.  
**INFORMATIO**

CELSISSIMIS ATQUE ILLUSTRISSIMIS  
**MINISTRIS STATUS,**  
**REGNI PROCERIBUS,**

ET

**DOMINIS SENATORIBUS,**

A

*GENEROSIS CURLANDIÆ DELEGATIS*

VARSOVIÆ MENSE OCTOBRIS ANNI MDCCCLX.

EXHIBITA,

ET

**QUERELAS**

**ORDINIS EQUESTRIIS CURLANDIÆ**

INFUCATE AC VERE EXPONENS.

ADDITIS ANNOTATIONIBUS.



§. I.



Quinto Decembris 1758. Fraternalis Conventus  
Mitaviae constitutus fuit, in quo a) de publico  
negotio à Delegato Generoso de *Schoeppingk*,

A 2

Var-

a) Quam iuste Generosus Ordo Equestris hoc indignatus sit, in-  
structione additionali, data Mitaviae, Decimo Tertio Septem-  
bris 1758. perfacile probari potest; haec enim articulis suis  
desideria Generosi Ordinis Equestris continet, uti ex sequen-  
tibus punctis instructionis facile apparet:

1) Dominus Delegatus Sæ. Ræ. Mti. inviolatam invictamque  
fidem & venerationem summam testificabitur, ac Clementiæ  
ejus patriam commendabit.

2) Se-

2) Secundum tenorem instructionis primariae Sam. Ram. Mtem- & Serenissimam Rempubicam, pro Liberatione Serenissimi Nostri Ducis Ejuſdemque Sobolis devote implorabit.

3) Quamvis Illustrissimus Regni Cancellarius Supremus, Comes de *Malachowski* per Litteras apperuerit, Serenissimi Ducis & Masculae ejus Proles Liberationem desperari, nec non Generosus Cancellariae Consiliarius de Simolin, Russorum Augustae in Aula Ducali Legatus ordinarius, ad Mandatum speciale, & ultro, quum nempe à nobis non quaesitum fuit, idem indicaverit, addens: Caesaream Majestatem id circo praoptare, ut Serenissimus Regius Princeps Carolus, Dux constitueretur, & propterea in Polonia &c. nihilo tamen minus Delegatus noster Illustrissimo Comiti &c.

4) Si vero eveniret, ut Feudum horum Ducatum vacuum judicaretur, Dominus Delegatus declarabit, animos totius Ordinis Equestris non plane alienos esse, à Serenissimo Regio Principe Carolo, nihilque illis felicius eveniri posse, quam si Serenissimus Regius Princeps Augustanam Confessionem profiteretur, illique peroptata occasio inde daretur, humillime implorandi, ut hi Ducatus Serenissimo Principi in feudum conferantur.

5) Cum secundum nostra Pacta Subjectionis, cautiones in securitatem Religionis nobis datas, & vigore reliquorum instrumentorum, extra omnem dubitationis aleam positum sit, hisce Ducatibus semper conferendos esse Magistratus Teutonicos, tales nempe, quales habuerunt, qui Augustanam confessionem professi sunt, nec vi confirmationis Jurejurando religiose

ligiose firmatæ, ulla mutatio ut fiat, concessum iri, siquidem primus Curlandiæ Dux *Gotthardus*, integram totius rei ecclesiasticæ administrationem, qualem ipse tanquam Magister ordinis & tunc temporis Imperii Princeps exercuit, ac per Pacta Subjectionis, quæ secundum formam Regiminis in æternum salva & inviolabilia funto, conservavit: Dominus noster Delegatus indefinenter & summo studio urgebit, ac submisse declarabit, certa nos & indubitata spe teneri, Sæ. Ræ. Mti. & Serenissimæ Reipublicæ cautiones istas, quas & Ipsa & Sanctæ Memoræ Reges hisce terris dederunt, curæ cordique fore, & Magistratum Teutonicum, qualem tempore subjectionis & hæctenus habuimus, nempe Principem Augustanam Confessionem profitentem nobis concessuros esse.

6) Sicuti nos clientelam Sæ. R. Mtis & Serenissimæ Reipublicæ Polonorum, usque ad finem Mundi, inviolata fide, & debito secundum Pacta subjectionis obsequio agnoscemus, nec unquam principem nobis efflagitabimus, qui Summo Principi minus probatus erit. Quod reliquum est, Domino nostro Delegato Mandatum hoc sibi commissum ita commendatur, ut summa cura, summoque studio illud exequi, minime vero transgredi teneatur.

Quum Domini Consilarii Supremi certiores fierent, de oratione Domini de *Schoeppingk*, coram S. R. Mtis Throno publice habita, et de digressionem à mandato ipsi injuncto, non omisserunt, Celsissimis Dominis, nempe Illusterrimo Domino Primati & supremis Regni Cancellariis, nomine Generosæ Ordinis Equestris iniquitatem hujus facti ob oculos ponere, si-

Varsoviae curato, cognosceretur, et ratione *b*) violati pacti subjectionis necessaria observarentur,

## §. II.

mul ostendentes, iniquo se ferre animo negotium Delegati ac secundum pacta subjectionis et Formulam Regiminis horum Ducatum nullo modo fieri posse, ut Princeps Romano Catholicus eligatur, justas suas querelas his exprimentes terminis:  
 „Conjuramus & obsecramus S. R. Mtem et Ministros status per  
 „Deum immortalem, ne Ducatibus hisce invititis, & contra pa-  
 „cta Subjectionis Romano Catholicus obtrudatur Princeps.

Uti nunc hæc instructio additionalis pro fundamento habet mandatum primarium, datum Mitaviæ 14. Augusti, 1756. ita etiam specialiter commendat, omnibus mediis uti, quo liberatio Ducis efficiatur.

*(b)* Quo violatio pactorum subjectionis, si nempe Principes Romano Catholicus daretur, evidentius exponatur ex ipsis pactis subjectionis argumenta deducenda sunt, et præcedentia, et sequentia caute alleganda ac connectenda, uti res, quæ agitur, postulabit, quo verus sensus plenissime dilucidetur.

In præmissis Instrumenti pacti Subjectionis legitur: „Illu-  
 „strissimus atque Reverendissimus, Dominus Guilielmus, Ar-  
 „chiepiscopus Rigenfis Marchio Brandenburgensis &c. ac Illu-  
 „strissimus Dominus *Gotthardus Kettlerus*, Equestris Ordinis  
 „Teutonici in Livonia Magister, nec non Universi Magistratus  
 „& Civitates &c. & Universi Ordines, nempe, Ordo Equestris  
 „& Indigenæ tam ultra citraque Dünam habitantes, per certos  
 „nuntios

§. II.

Eo fere temporis momento adveniebat Magnificus Illustris Dominus, Generosus, Eberhardus Christophorus, Liber

„nuntios plenipotentes suos, & videlicet nobiles, *Rempertum Gylcemium*, Juris Doctorem, *Gregorium Francken*, *Fabianum*, „à *Borch*, *Henricum Plater* & *Ioannem de Medem* cum sufficiente „Mandato, sigillis multorum Nobilium ex tota provincia Livoniae consignato, apud nos comparuissent.

Quamvis quidem (uti ex sequentibus apparet,) inserti articuli et reliquæ res propositæ ad humillimas preces universæ nobilitatis Livonicæ confirmati, approbati, et ratificati fuerint: Sana tamen ratio suppeditat, Ducem tanquam primariam personam, quique in oblatione articulorum Doctorem Juris *Gylze*, *mium*, tanquam Consiliarium suum, cum reliquis præfatis Plenipotentiariis delegavit, ex primo articulo non eximendum esse, in quo inter alia hæc verba leguntur:

„Ut nostra nobis religio, quam juxta evangelica apostolicaque scripta purioris ecclesiæ, in Nycenæ Synodo, et Augustana confessione hætenus coluimus, inviolabilis maneat, neve unquam ullis sive ecclesiasticorum, sive secularium præscriptis, censuris, & inventionibus gravemur, turbemurque.

Hanc religionis cautionem tunc temporis ordinis magistrum ejusque successores, imprimis spectasse, ex provisione evidenter apparet, quam beatissimæ memoriæ Rex, *Sigismundus Augustus*, Vilmæ, Anno 1561. 28. Novembris dedit, in qua prænomi-

ber Baro à *Mirbach*, S. R. Mtis, Confiliarius Intimus, Capitaneus Polangensis, Eques Ordinis Sti. *Alexander Newsky*,

tant

nominato ordinis magistro, *Gotthardo Kettlero*, Ducis titulus & respectu religionis sequentes promissiones dantur:

„Dedimus præterea fidem, sicuti & præsentibus litteris sancte damus, recipimus, atque promittimus, nos tam Principi  
 „Ipsi, quam civitatibus, aliisque subditis suis, cujuscunque  
 „ordinis vel status fuerint, liberum usum religionis, cultusque  
 „divini, et receptorum rituum secundum Augustanam confessionem in suis ecclesiis: totiusque rei ecclesiasticæ integram  
 „administrationem, sicuti eam hætenus habuerunt, libere permiffuros, neque in ea ullam mutationem facturos, neque ut  
 „ab aliis fiat, permiffuros.

Hanc adeo securam liberi religionis nostræ exercitii evictionem, uti satis superque constat, celsissimus Dux *Gotthardus Kettlerus*, tanquam præstantissimum thesaurum sibi reservavit, & hanc religionem tam firmis fundamentis provisam et munitam allegat, tanquam certissimum et indubitatum fundamentum in ea cautione, quam Ducatibus hisce, pro se, suis Descendentibus et Successoribus in Privilegio, de anno 1570. largitus est his verbis:

„Primo et potissimum nos et omnes nostri hæredes illis concedemus, continuum et liberum exercitium à nobis confessæ  
 „& professæ veræ christianæ religionis, cultus divini et receptorum rituum juxta Augustanam confessionem, in omnibus

„&

tamquam Plenipotentarius Serenissimi Regii Principis Caroli, Ducis nostri et Domini Clementissimi, exhibens Diploma Pro-

„& singulis suis ecclesiis & in omni, quod ad eas pertinet. In  
 „his omnibus nullam faciemus mutationem, neque ut ulla ra-  
 „tione à quovis fiat, nostra voluntate permittemus. Multo  
 „minus eos ab ea avellemus, aut arcebinus, sed cum iis summo  
 „studio operam dabimus & curabimus, ut ecclesiæ reformatio  
 „& ordo, quia in summi numinis gloriam, & ad propagandum  
 „verbum divinum solum vivificans, communi sententia con-  
 „cessa & recepta est, sine ulla mora exerceatur, et christiano  
 „more fervetur.

Quod itaque immutabilem Religionis professionem Ducis Curlandiæ attinet, & quo modo in Pactis primævis ea stabilita fuerit, quoque ex formula Regiminis §. 46. sqq. extra omne dubium positum est.

„Videlicet secundum pacta primæva subjectionis, solam  
 „Augustanam Confessionem liberum exercitium obtinuisse, ro-  
 „mano catholicam autem religionem, respectu tantum, & in  
 „gratiam privati, uti explicat, §. 47. consensu Serenissimi Du-  
 „cis *Friderici* & universi ordinis nobilium, impulsu & efflagita-  
 „tione S. R. Mtis, privilegium exercitii accepisse.

Et ne verba §. 48. Form. Reg. ex quo Magistratus securitatem liberi religionis exercitii ex officio præstare tenetur, ne inquam verba hæc: *Qualiscunque Magistratus futurus sit*, sinistre interpretentur, & ne quidam forsân sibi persuadeant, Principem Romano Catholicum etiam Ducatum Curlandiæ obtinere

Provisionale, Datum, Varsoviae d. 16ta Nov. 1758. in quo Rex Noster Clementissimus Gratosissime sanxit, ut Serenissimus Regius Princeps, et Dux ante investituram, cum Generoso ordine Equestri Ducatum Curlandiae et Semigalliae, tam in Ecclesiasticis, quam Secularibus conveniret. Quo facto praefatus Generosus Plenipotentarius, litteras publicas, fidem ipsi facientes, et mandatum, quo ad ineunda pacta c) bilateralia instructus erat, exhibebat.

§. III.

posse, sciendum, hæc verba in formula Jurisjurandi Nobilium explicari, qua Regi et Reipublicæ tam mediate, quam immediate et sic duplici Magistratui sedes datur: uti & nostra ætate, Duce Bironio in exilium deportato, Regimen in Curlandia S. R. Mtis Nomine exercitum fuit. Sed nulla ratione, allegata effata ex Pactis subjectionis & Formula Regiminis dubia & ancipitia reddi possunt, quippe quæ secundum §. 30. in æternum rata & valida sunt ac manebunt, & contra quæ in comitiis nil decerni, nil concludi potest.

Ea igitur, quæ ex paragraphis diversis primævorum pactorum allegavimus, satis luculenter unicuique ostendunt, quid inde colligi possit: & pacta subjectionis eo ipso, quod Romano-Catholicus Princeps, Dux Curlandiæ eligeretur violata sunt.

- c) Quum vigore mandatorum, quibus Principes Legatos suos instruunt, pacta & instrumenta pacis conficiantur, regnorum quoque & Rerumpublicarum salus constituatur; Generosus Ordo Equestris ex mandato, quo Serenissimus Regius Princeps

## §. III.

Colonellus et Confiliarius belli, Dominus de Aloy, ad erigendum Ordinis Equestris animos, litteras exhibebat, ab Illustrif-

Plenipotentiarium, suum instruxerat, illum tam inopinatum ac ingratum eventum suspicari non poterat, quo postea tantopere commotus ac perturbatus fuit. Mandatum prædictum exhibet: Si Generosus Ordo Equestris plura, quam pacta subjectionis & Formula Regiminis continent, postulare concedetur, nil tamen, quod his instrumentis adversatur. Quanta contradictio! cum pacta subjectionis & Form. Reg. jam violata, & fundamenta eorum, eo ipso jam concussa erant, quod Princeps Romano Catholicus, Dux Curlandiæ eligi debebat.

Modum, quo res pertractata erat, & quam arcte hocce negotium Curlandiæ cum Serenissimæ Reipublicæ statu politico cohæreat, dijudicare, Generosus Ordo Equestris sibi non sumfit. Devotissima enim reverentia, & humillimum obsequium erga S. R. Mtem, Dominum suum Clementissimum, quodvis iudicium prohibuit; et per eximiæ qualitates Serenissimi Regii Principis, quas Illustris Regius Confiliarius Intimus, summo pro studio & voluntate, erga hunc Magnum Principem mira facundia commendans, prædicabat, Generoso Ordini Equestri omnia læta ac jucunda ominabatur.

Interea Generosus Ordo Equestris, reiteratis vicibus, declaravit; si negotium sua natura impossibile, nihilo tamen minus constare deberet; sub nullis hoc fieri posset conditionibus

Illustrissimo supremo Regni Cancellario Comite de *Malachowski* datas, ex quibus ista tantum recensemus: „praeter haec  
 „Ge-

quam sub illis, quæ pactis bilateralibus insertæ & litteris cautæ  
 essent. Et quis est, quin meminerit, Generosum Ordinem  
 Equestrem eo casu, si postulationibus suis non annueretur, nego-  
 tium interrompere & Principem Romano Catholicum eo modo  
 deprecari voluisse, quo, tempore Serenissimi Ducis Friderici  
 deprecati sunt, cum Serenissimus Regius Princeps, Joannes Ca-  
 simirus Ducatus Curlandiæ ambiret.

Sane! rebus ita positis, nullus Plenipotentarius quid con-  
 secutus esset, etiamsi tam constanti fide pro Domino suo egisset,  
 quantam Illustris Dominus Consiliarius Intimus Regius miran-  
 da facilitate & æquitate præstitit; hic enim gravissima impedi-  
 menta & indignationem concivium suorum superavit, quorum  
 animi, uti antea, sic nunc imprimis, erga eum commoti erant,  
 cum ad primum articulum, in adumbratione pactorum bilatera-  
 lium, à Generoso Ordine Equestri oblata, videlicet, ut Sere-  
 nissimi Ducis conjux Augustanæ Confessioni addicta esse, &  
 Ducalis soboles ea quoque imbui & in illa educari debeat, non  
 satis perspicue & nimis late responderetur, donec ad hoc re-  
 medium confugeretur, ut res tam ardua, et in qua futura sa-  
 lus provinciæ posita, quæque in manibus non dimittenda, pro  
 tempore & usque ad adventum ipsius Serenissimi Regii Princi-  
 pis extra Controversiam ponenda sit. Nihilominus tamen hæc  
 res felicem forsan eventum habuisset, & hæc conditio certe  
 adimpleta fuisset, quia locos ex pactis subjectionis, provisione

„Generosa Nobilitas Pacta Conventa cum Celsissimi Ducis Ple-  
 „nipotente, hac proxima Fraterna Conferentia habebit.

§. IV.

ac privilegio *Gotthardi Kettleri* et Form. Reg. allegatos, tanquam  
 indubitatos respiciebamus, uti ex pacto inito probare licet, in  
 cujus §. 3tio sequentia verba perspicue & clare leguntur:

„Nos vero, si in arce nostra Ducali Mitaviæ Sacellum ex-  
 „strui Nobis placeret istud Ducale Sacellum Aulicum, si Dux  
 „Augustanæ Confessioni addictus in posterum successurus esset,  
 „cessabit.

Nihil ergo, quod dubium movere poterat, in hac re per-  
 tractata metuendum erat, uti cuilibet constat, quum ea, sicuti  
 nostra primæva & subjectionis pacta, bona fide composita erat,  
 nec non axioma in Jure Gentium receptum, et moribus ævi  
 politissimi conveniens accedebat, quod nempe ea, quæ Pleni-  
 potentiarius vigore publicarum litterarum et mandati sui acce-  
 ptavit ac ratificavit, æque firma & inviolabilia manere oporteat,  
 ac si persona principalis ipsa adfuisset, et omnia pertractasset.

Quod demum mutationem attinet, quæ respectu Formulæ  
 Reg. in hac re facta (cujus solus finis est, ut, dum Princeps Ro-  
 mano Catholicus Ducatibus præerit, nullus ministrorum huic  
 religioni addictus esse, nec ullus privatus catholicas ecclesias  
 exstruere debeat:) fieri tamen hoc poterit, ut in ea facilius,  
 quam in Pactis subjectionis, tenore quorum, ne Dux quidem  
 Curlandiæ Catholicæ Religioni addictus sit, exceptio formetur.  
 Rex enim, Dominus noster Clementissimus & Serenissima Res-  
 publica potestate non carent, Formulam Reg. eo modo, sicuti  
 communi consensu Ducis & universi ordinis Equestris promul-

## §. IV.

Augustae Rufforum Legatus ordinarius Mitaviae res-  
dens, tunc temporis Cancellariae Consiliarius de *Simolin*, or-  
dini Equestri non exiguam adferebat laetitiam, sequentia de-  
clarans: Sacram Caesaream Majestatem Totius Ruffiae Impe-  
ratricem, Clementissimam Dominam suam, Ordini Genero-  
so Equestri, omnem Clementiam, propensionem et cautio-  
nem dare, ac promittere, seque religionem, Leges, privi-  
legia, immunitates et pacta conventa tueri et defendere velle. *d*)

## §. V.

gata est, in tantum mutandi, sin animus est, hisce Ducatibus  
Principem praeficere Romano Catholicum.

*d*) Sacra Caesarea Majestas, Clementissima nostra & Gratiouissima  
vicina, gloriosissimam memoriam magni Potentissimi & sapien-  
tissimi Imperatoris *Petri* primi redintegrat, qui anno 1717. in  
Poloniam ad Comitum, Principem *Gregorium Dolghoruki* dele-  
gavit, & de securitate Regni Poloniae, Magni Ducatus Lithua-  
niae, & incorporatarum provinciarum cavuit. Const. Vol. VI.  
pag. 240.

Notificatio, à Domino Cancellariae Consiliario et Legato  
de *Simolin*, 10mo Decembris 1758. reddita, inter alia continet:

„Mandatum sibi esse notificare, Caesaream Majestatem à  
„Nuntio suo, Domino de *Groß* ex *Warsovia* certiozem factam  
„esse, Serenissimo Principi *Carolo*, à Magno Regni Cancellariae  
„Comite de *Malachowski*, Diploma Denominationis in  
„Ducem

§. 7.

Hisce omnibus consideratis, Generosus Ordo Equestris non dubitabat, cum Illustri Dno. Plenipotente bona fide pacta bilateralia constituere, et tria consona instrumenta conscribere e) quorum uni ad interim Dominus Plenipotentarius, secundo

„Ducem Curlandiæ traditum esse; quod cum sacra Cæsarea  
 „Majestas commendationibus suis in Gratiâ Principis *Caroli*  
 „tribueret, Legatum in mandatis habere, Generoso Equestri  
 „Ordini in Fraternali Conferentia congregato, beneplacitum &  
 „oblectationem Sacræ Cæsareæ Majestatis testificari, & clemen-  
 „tem ejus et amicam animum erga hos Ducatus optime decla-  
 „rare, quod videlicet Sacra Cæsarea Majestas commendatissimam  
 „sibi semper esse velit, inviolatam conservationem omnium his  
 „Ducatibus à Duce quovis concessarum immunitatum, privile-  
 „giorum libertatumque tam in ecclesiasticis, quam secularibus.

e) Hæc pacta bilateralia, sicuti supra dictis inevitabilibus circumstantiis nituntur, ita quoque secundum absolutam necessitatem ante investituram in fraternali conferentia, & quidem ne uno, nec eorum quidem, qui abfuerunt, contradicente, eo modo, quo omnia publica nostra instrumenta communi consensu composita sunt, uti postulant prærogativæ liberi populi, qui superioribus seculis à damno & detrimento omni sibi studiose cavet. Omnes in iis adhibitæ cautiones, præcustoditiones, & conditiones, quæ ad securitatem liberi exercitii religionis spectant, eundem animum, eundemque tantum finem ostendunt, qualem, potentissimi Reges Poloniæ, in primævis Pactis respecta religionis,

cundo Generosus Ordo Equestris nomina sua subscribebant, tertium vero à Serenissimo Regio Principe subscribendum reponebatur.

## VI.

Quo facto Dnus Capitaneus de *Korff* cum Generoso de *Heuckingk* ex Fraternali Conferentia Varsoviã delegebantur, cum determinato et expresse mandato, sicuti §. 3tius Instructio- nis Illorum his verbis indicat: „Curent, ut pactum cum Serenif- „simi Regii Principis Caroli Plenipotente, Illustri Magnifico „Domino Barone à *Mirbach*, S. R. Mtis, Consiliario Intimo, „Capitaneo Polangensi, Equite Ordinis Sti. *Alexandri News- „ki*, ab una, et cum Generoso Ordine Equestri ab altera par- „te confectum, ante investituram à Serenissimo Principe ra- „tificetur, propria manu subscribatur et signetur, ac ita fir- „matum accipiant, videantque, ut Diplomati Investiturae in- „seratur, nec juramento à Serenissimo Principe, tanquam „Duce Curlandiae et Semigalliae praestando, quidquam huic „pacto adversans misceatur.

Domini Delegati hoc neglexerunt, et demum aliquot hebdomades post investituram Serenissimi Ducis, exceptio- nes

nis, (quantum iis temporibus necessarium fuit) bona fide con- cesserunt, & Juramento confirmarunt, ac ita magni momenti res sunt, quæ provincias nostras, cum Serenissima Republica ar- dissime conjungunt, nec ideo infringendæ nec violandæ sunt.

nes f) ab iis oppositae sunt, quod tamen, si faciendum esse duxerint, ante investituram fieri opportuisset, et delegati tunc observanda non praetermississent.

Do-

o) Exceptiones, in tribus consistunt.

1.) Nobili Curono extra patriam servitiis peregrini Principis adstricto, praedia Ducalia nec conducere, nec administrare ne liceat.

2.) Serenissimus Regius Princeps, Dux noster Clementissimus Ipse exteris Principibus ne serviat.

3.) Ut de Ducatum horum securitate futuro Pacis Congressu, ab omnibus Potentiis pacifcentibus caveatur.

Quemadmodum hae exceptiones, secundum literas reversales datas Varsoviae, d. 12ma Febr. 1759, plus quam quatuor septimanas, post investituram Serenissimi Ducis interpositae sunt, hae tria puncta dubiis, & argutis terminis rejecta, certissime ominabantur, rejectionem ipsius pacti, quamvis Serenissimus Regius Princeps, amplam & eximiam spem nobis ostendere non intermisit, se in Comitibus provincialibus ad homagium praestandum indictis, omnia impedimenta tollere, & clausulis hanc promissionem & explicationem pactis addere & inferere velle.

Hae tria puncta pro tenore eorum non adeo magnum dolorem nobis adferre potuerunt; primo enim puncto, si Caesarea aula omnes propositiones rejecisset, mutua promissione Serenissimo Principi a Generoso Ordine Equestri data remedium adferri potuisset; secundum vero aperte involvit securitatem &

provinciae & Serenissimi Ducis, uti exempla Serenissimorum Ducum, *Ferdinandi*, & *Joannis Ernesti* documento sunt; prior enim, eo, quod contra Suecorum Regem *Carolus XII.* munere militari fungeretur, provinciae calamitatem adferebat, multasque familias eo paupertatis redigebat, ut posteri adhuc hodie necessariis careant; posterior ex rationibus in Declaratione contra Eum publicata allegatis, se suamque Familiam infelicem reddidit. Tertiae tandem exceptionis finis, ad quietem patriae perennem necessarius fuit, & quod ejus usus nec novus nec inauditus sit, probant luculenter promissiones Aulae Russicae, quarum sub Lit. d. memoravimus, ac Maximi Imperii, imo Augustus Circulus Piltensis tanquam exempla exstant; & cum hac cantione, religionis securitas omnino fulcita sit, quam, uti praefati sumus, omnes Poloniae Reges Jurejurando sanctissime confirmarunt, Generosus Ordo Equestris à sententia non decedet; nisi conscientiae labem sibi inferere velit.

Sane! Declaratio quam Serenissimus Princeps Dux in literis suis Reverfalibus dedit, omnibus & singulis, fidem suam sincere tuentibus, non nisi ingentem dolorem praebere potuit, quod nempe in pacto convento, varia à Majoribus nunquam postulata & concessa nova, desiderata fuerint. Serenissimo Principi vero perpendere non placuit, in pactis subjectionis, istos tantum articulos contineri, quos ipse Ducatus pro ea temporis ratione obtulit, et ut confirmentur, submisit rogavit.

Sed gloriosissimae & beatissimae memoriae Rex *Sigismundus Augustus* eo se offendi non arbitratus, omnia illa postulata & humiles Supplicationes ex Clementia sua approbavit, et ratificavit. Ordo Equestris ab Ordinis Magistris, & omnibus Ducibus

cibus piæ memoriæ non alia habet documenta, nisi talia, in quibus Ordo Equestris ab eis, tanquam liber populus consideratus fuit, & semper tales conditiones concessæ sunt, quales, pro rerum ac temporum conditione desideratæ fuerunt, ac plura etiam à Regio Principe *Carolo*, Duce Serenissimo nunc non postulantur, Illæ enim in pacto nobis exprobratæ novationes, sunt tantum tales præcustoditiones, quæ superioribus temporibus superflua fuissent, nunc vero tam Princeps Serenissimus Romano-Catholicam fidem profitetur, necessariæ sunt, & pro ejus fidei confessione, in quibusdam tantummodo requirendis conditionibus differunt, revera tamen solum ad similem scopum tendere debent, quem antea habuerunt, nempe securitatem liberi exercitii religionis, & libertatem ipsam.

In privilegio *Gotthardi*, uti supra jam notavimus memoratu dignum est, quod confessionem suæ fidei expresse alleget, & quasi pro basi illius liberi exercitii religionis ponat, quod ordini suo Equestri tam firme & valide præstare voluit. Nonne idcirco æquum & licitum erit, cum Duces nostri beatissimæ memoriæ, sensu proprio defensores & protectores religionis fuerunt, ut nunc quoque nobis talibus præcautionibus prospiciamus, quæ ad temporis præsentis rationem, & Serenissimis Principis *Caroli* Religionem accommodatæ, & ita certissimæ sunt. Sane de longe gravioribus rationibus plurimis cautelis concipi deberent, quam illæ erant, quas ordo Equestris pro religione vigilans in pactis cum Duce *Joanne Ernesto* 1737. sibi prospiciebat, qui, pro se suisque hæredibus Augustanam Confessionem profiteri promittebat.

Domini Delegati redeuntes, pro pactis subscriptione firmandis, reversales adferebant *g)* (in mandato Delegatorum ne vestigium exstat permissae licentiae reversales acceptandi) quae in dicto ad homagium praestandum Die, 1759. in Dioeceses ponderandae et acceptandae divulgabantur.

### §. VII.

Deputati comparuerunt in termino, mandato instructi, Serenissimum Principem Ducem supplices et enixe rogare, vellet subscribere Pactis bilateribus conventis, sed repulsam tulerunt, *h)* et Dominis Deputatis novum instrumentum acceptandum offerebatur, quod vero Deputati deprecabantur, dicentes, sibi non licere, contra tenorem instructionum suarum agere, è contrario limitationem comitiorum flagitabant, quo de rebus gestis ad Dioeceses suas referre possent. Hoc Serenissimus Princeps concedebat usque ad Diem primum Octobris ejusdem anni.

### §. VIII.

*g)* De harum reversalium tenore in praecedentibus jam quaedam memorata sunt, & in sequentibus ostendemus, nos eas à Principe non Indigena, tanquam ratas atque validas acceptare non posse.

*h)* Animus erat, æquilibrium inter Ducem & Ordinem tollere, & jus, quod liber populus antea infractum obtinuit, delere, nobisque libertatem adimere, causam nostram, ut consuevimus, in pactis paciscendis proponendi, tuendi, & defendendi.

§. VIII.

Deputati iterum in termino comparebant, quorum quidam à pacto inito non discedebant, *i*) quaedam Dioecesefes vero defideriis Principis dantes et adfentientes, Deputatos suos intruxerant, ut cum Sereniffimo Duce reversales componerent, ita tamen, ut pro conditione rerum fuarum quidam articuli *k*) non levioris momenti adderentur. Hoc à Deputatis

*i*) Quid æquius nobis fuit, quam à pactis hisce bilateralibus non discedere? ea enim nobis oblata erant, sub conditionibus, quas Sereniffimus Princeps ipse constituit, & quæ Ordini Equestri nunquam in mentem venerunt, sicque multo minus ab eo efflagitatae erant. Investitus fuit, ac si pacta composuiffet (ea enim ad hunc solennem actum necessaria fuiffet, quisque veritatis amans confitebitur) consequenter pactorum rejectio, tanquam violentum & abominandum remedium consideranda erat, quo liber populus immunitates suas, omniaque amitteret, quæ in præfatis pactis & in fundamento primævorum pactorum impetrata sunt.

*k*) Qui articuli, uti ex quibusdam mandatis patet, conservacionem termini, d. 16ta Dec. 1758. præfixi, & ut omnia necessaria in fundamento pactorum bilateralium inserantur, desiderarunt. Ubi quoque probasi positum fuit, ut omnes mutationes in forma Regiminis vel pacta primævis, communis consensu pertractarentur. Hæc enim conditio semper tacite præsumitur, & ii tantum, qui superficiem formæ Regiminis Duca-

tis tentatum esse, ex Responso probari potest, à Principe per  
 Confiliarios supremos ad petatum eorum iis dato, et quidem  
 testante Diario, uti ex sequentibus.

„Exem-  
 tum Curlandiæ, non autem intimam ejus naturam noscunt,  
 affirmare queunt, articulos, in pactis subjectionis, privilegiis  
 ac Form. Reg. contentos, alia ac recepti sunt ratione, & sic,  
 votorum pluralitate commutari posse.

Hoc Jus eo tempore, quo inviolabiles illæ ac civium cuique  
 sanctissimæ leges fanciebantur, omnino erat incognitum; nul-  
 lum saltem hujus existat vestigium, sed tantum serie annorum,  
 uti anno 1617. & 1742. hæc Lex de Suffragiorum pluralitate con-  
 stituebatur, quæ in initio tantum ad ærarii publici dispositio-  
 nem, & ut recte scribam, ad tales spectabat casus, quibus Re-  
 giminis Forma sufficiebatur, & qui justæ applicationes Legum  
 fundamentalium esse debebant. In hoc Serenissimæ Reipubli-  
 cæ Polonorum nos fuimus similes, quia constitutiones anni  
 1576. & 1736. non pluralitatem, sed ea tantum vota rata agno-  
 verunt, quæ non contra Leges, libertatem & Jura pugnant, &  
 quæ non à Jure aberrant.

Et quum occasione præsentis notæ incitenter probavimus,  
 quod Lex de votorum pluralitate ad acceptionem Literarum  
 reversalium minime sufficiat, hæc tantum nobis notanda super-  
 sunt, hancce votorum pluralitatem, ex neglecta observatione  
 instructionum, omiſsa relatione Diocesibus his de rebus dan-  
 da, omni rejectione, solidarum propositionum quorundam De-  
 putatorum, & hac ratione, eo tempore, cum pactis subjectionis,  
 for-

„Exemplar novarum reversalium formaliter ac plenarie  
 „delineatum, tam sufficiens esse, ut ne ulla postulatio conce-  
 „di possit. Ultimatum itaque esse, ne Generosus Ordo rem  
 „ad extrema perducatur.

§. IX.

Quae, cum ita evenissent, Deputati moerore *l)* afficie-  
 bantur, et ex reversalibus apparet, *m)* nihil ex eorum man-  
 datis

formulae Regiminis, Religioni & Libertati periculum immine-  
 bat, ortam esse.

*l)* Diarium 17mi Octobris, 1759. hunc moerorem ita enarrat:  
 Ejusmodi declarationem Ordo Equestris vehementer commo-  
 tus accipere cogebatur, & nihil aliud, quam maximam con-  
 sternationem producere poterat, quia contra Formam Regi-  
 minis liberi populi acriter pugnabat.

*m)* Circumstantiae & argumenta supra dicta, multa eaque gravia  
 ostenderunt, dubia, quae cum sequentibus conjuncta, satis su-  
 perque probabunt, literas reversales minime esse validas, praer-  
 fertim vero ex his argumentis

1) quia investitura jam peracta datae sunt, & ita nec justo  
 termino, nec praemisso pacto, quibus tamen sese fundare de-  
 bebant. Serenissimi Duces ex stirpe Kettleriana imperium  
 adibant, cum jam existeret pactam Magistrorum cum ipso or-  
 dine, & hac ratione, reversales sua aetate fuerunt validae uti  
 & anno 1737. cum Serenissimo Duce *Johne Ernesto* Pacta con-  
 fecta sunt.

2) Quia tempus ad homagium præstandum constitutum tunc tantum sufficiens fuisset, si, uti tempore superiorum Serenissimorum Ducum, quædam tantum modo gravamina tollenda fuisset, nunc vero causa principalis erat turbata, & tempus nimis breve, quam ut in rebus adeo mysticis atque inopinatis sufficeret, rem politicam tanti momenti diligentius perpendere, omnia documenta illic necessaria perscrutari, & ita totum negotium summo peragere studio. Quapropter & Deputati mandata sua transgredientes, suo arbitrio transegerunt, insciis Supremis Consiliariis, qui tamen tanquam fratrum Seniores, & uti moris fuit, tanto negotio præesse debebant.

3) Quia secundum omnes Leges, minæ æque ac vis violenta interdixtæ sunt, & partes paciscentes legitima gaudere debent libertate; omnium tamen temporum consuetudini contrarium accidit, ut eodem tempore, quo libertas, Leges, & religio cuique curæ cordique esse debebant, ordo Equestris minis cogere inire, quæ non coactus acceptare recusasset. Occurrebat quoque probatio hujus rei, eo nimirum tempore, quo in conclavi Deputatorum vota dabantur, super quæstionem, an reversales accipiendæ essent, nec ne? multi quidem Deputati adstipulabantur, commoti autem & indignantes poscebant, ut NB. vota adnecteretur, quod Deputatorum Mareschallus facere cogebatur, uti ex Directorio Suffragiorum liquet.

4) Quoniam Serenissimus Princeps, Dux jam aliquoties suo solum arbitrata egerat, ac multas legibus plane contrarias actiones perpetravit, quas Generosus Ordo Equestris suo tempore & loco allegare potest.

5) Quia hæ reversales dum nostram suffodiunt Regiminis Formam, vinculum quoque solvunt, quod nostram provinciam cum Serenissima Republica in æternum conjungit, hoc vero Serenissima Polonorum Respublica non æquo ferre potest animo, sed potius sapiente & fideli vigilantia Illustrissimorum suorum Ministrorum Status, & Senatorum, laudanda etiam attentione, quam quisque bonus civis in conservando suo Jure adhibet, nos malo obtrui non finet.

6) Quia hæ observationes satis abunde ostendunt, Ducem Curlandiæ quam diu Generosus ordo Equestris Liber Populus est, (qua blanda voce calamitatibus licet oppressus, semper tamen compellatur) Ducem inquam existere non posse, nisi pactis ante investituram initis; ipsæ reversales erunt inquirendæ & ex vero earum valore ac substantia ostendendum, non esse validas, etiamsi aliis careant vitiis, quia totum hoc instrumentum revera ea non promittit, quæ promittere debebat, sed incerta solum & dubia continet, uti §. I. qui toti instrumento pro fundamento esse deberet, aperte docet, concipientem, tam Ducem, quam Ordinem Equestrem decipere, & bona fide pertractanda ancipiti sensui & arbitrariæ interpretationi exponere voluisse, uti ex promissione in eo contenta apertum elici potest dubium, quod hisce verbis exprimitur.

„Pacta publica & primævæ Subjectionis cum Regno Poloniae & Magno Ducatu Lithuaniae, anno 1561. composita, tanquam status fundamenta, Formulam Reg. ac omnes reliquas Legibus fundamentalibus non contradicentes & in fundamento primævorum pactorum constitutas, Commissoriales Decisiones & Lauda Publica &c. huic instrumento pro basi indubita collocamus &c.

Mandatum à Serenissimo Principe Illustri Domino Consilia-  
rio Intimo Regio, Baroni à *Mirbach* injunctum, æque ac lite-  
ræ reversales d. 12. Febr. 1759. datæ, tam multa docent, ut Or-  
do Equestris propria experientia nosse possit, quantum emanet salutis ex promissis, quæ verbis fucatis & bonam & sini-  
stram præbent interpretationem. Præter hæc in tertio articu-  
lo inter alia hæc promissio datur:

„Ex gratia nostra concedemus, ut Supremi Consilarii, nec  
„non Consilarii Augustanam Confessionem profitentes si ne-  
„cessè fuerit, jus vocandi concionatores eosque examinandi,  
„ordinandi & introducendi nostra Principis auctoritate exerçant;  
„his tamen reservatis, ut Nos Ipsi in conferendis muneribus ec-  
„clesiasticis, idonea subjecta denominemus, & &c.

In quarto articulo, tenore paragraphi Imi. cautiones pro-  
mittuntur.

In quinto articulo Jus indigenatus secundum normam Le-  
gum fundamentalium exercendum conceditur, at formula Reg.  
reliquæ Leges cardinales, ac *Lauda Publica* silentio prætermittuntur, fortasse quia in materia Juris indigenatus plus indulgent & inde reservatione in primo articulo facta, Legibus fundamentalibus contradicunt. In sexto articulo prædia Ducalia nobili indigenæ ex Serenissimi Regii Principis clementia & arbitrio præ aliis promittuntur.

Septimus articulus Curlandiæ ea donat tanquam in signum clementiæ, quæ de anno 1727. tanquam pœna festinatæ electionis Mauritii constituebantur, ast 1736. rursus irrita dabantur, unum videlicet, supremum Consiliarium, unum majorem Capitaneum, & binos Capitaneos, Romano-Catholicæ Religioni

gioni addictos esse posse. Denique octavi articuli explicatio maxime dubia & incerta est, licet, Generosi Ordinis Equestris maxime interfit, ne Serenissimus Princeps Nobilium prædia & possessiones emat. Eo autem instrumentum, quod omni tempore justum verumque sensum habere debet, magnopere violatur, & valorem amittit, quo gaudere debebat, ac Ordo Equestris, eodem instrumento, quo Religio, Leges, & Libertas, secundum Pacta primæva & privilegia communienda sunt, in dubia & discrimina abducitur. Nec ex causis, nisi gravibus, nisi literis reversalibus, Sacella & oratoria silentio prætermissa sunt. Fingamus enim, non fuisse animum, quem suspicari licet, diffidentia tamen & suspitioni aperuit fenestram quam tamen Dux imperium adiens sollicitè evitare oportet. Ex sequelis infra allegatis emanet, quam necessaria præcustoditio illa specialis sit, nulla sacella & oratoria exstruendi, aut, ut exstruantur concedendi, regnante Principe Catholicam fidem profitente, & quam male hæc præcautio mutari aut plane omitti possit. Cui enim usui essent, omnes inanes, amplæ & verborum copia adornatæ promissiones, templa, concionatores, ecclesiæ famulos, Pastoratus &c. conservandi, si Duci concessum esset, in prædiis suis ædículas, sacella & oratoria, aut quocunque apelles nomine, exstruere. Subditus, qui scholarum defectu, & ratione conditionis, in qua Curlandiæ rusticus vitam agit, religionum discrimen ignorat, eamque, quam Dominus fidem profitetur, sequi, fidei regulam credit, Lutheranas ecclesias relinquens, sacella frequentaret, Pastoris vero, si cœtus non adest, munus sacrum desinit, & commodum quoque cessat, quod ipsi ex concione rediit; hinc &

datis ob metum *n*) esse insertum, quid quod Diarium aperte ostendit, quanta eorum fuit consternatio. *o*) Nam, cum supremi Consilarii Serenissimi Principis iis indicabant voluntatem, de Laudo Publico, à Consiliario *Ziegenhornio* subscribendo; *p*) deputati sequentia declarabant; per semet ipsos

con-

templa ipsa & Pastorum Domicilia, ruinosa fieri necesse est. Hoc sole clarius est; exstat igitur nullum dubium & præcustoditio absolute fuit necessaria.

*n*) Metum ecce! ex minis Principis ortum, cujus amorem, favorem, & clementiam quisque sibi promereri studebat.

*o*) Tristes & perniciosi perturbatorum affectuum animi effectus, quum summa veneratio & reverentia erga Principem, fides pro patria, & meditationes, quas nobis debere credimus, in animo concurrentes, sibi invicem repugnent. Si præterea tempus breve ad meditandum relinquatur, periculo expositi sumus, ut æstu cogitationum sibi repugnantium nimis agitemur, & neque cogitationes nostras, neque nos ipsos domare possemus. Diarium d. 23tiæ Nov. hæc refert:

„Dolor Deputatorum hoc casu renovatus, adeo erat acerbis, ut eum nullo modo celare possent, præcipue cum significaretur, consuetudinem veterem, respectu ceremoniarum, in conventu publico Delegatorum observatarum, in dubium vocari, ac mutari. Sane! omni egissent consolatione, nisi freti fuissent justitia, favore & clementia Principis omni tempore venerandi, & suspicarentur, has novationes originem trahere ex sinistra relatione in deterius omnia vertentium.

*p*) Declaratio hujus in sequentibus verbis Diarii continetur:

„Sen-

concedere hoc quidem velle, at ne Dioecesibus suis vertatur praejudicio. Verum, quanta promanat contradictio! exstat quoque in Decisione Commissoriali anni 1642. §. 47. ad gravamen haec Lex Luce clarior.

„Omnia, quae Deputatus contra mandata sibi commissa q)  
„sive metu, sive alia ratione impulsus agit, sub vicio nullita-  
„tis sunt irrita.

§. X.

Leges poscunt, ut gravamina ante homagium tollantur. Vide Laudum Publ. de Anno, 1692 et Commis. Decis. Anni 1642. §. 48. ne una controversia composita est, sed potius adhuc plures accesserunt. r)

§. XI.

„Sententiam neutiquam se mutare velle, & Consiliarium  
„Ziegenhornium subscriptionem Laudi Publici non tanto ardore  
„postulare, quam Ipsum Serenissimum instare.

q) In Commissoriali conventionione, anni 1642. §. 48. hæc leguntur:

„Deputati mandata ne transgrediantur sub vicio nullitatis. „)

r) Hoc probat inaudita ac insolita actio, contra Generosum ab *Osten* dictum *Sacken*, Capitaneum Durbensem, qui religionis amore & inæstimabilis libertatis munere adductus, ex rationibus supradictis, (quia nihil eum fugiebat) se ab homagio removit, usque dum causa principalis composita esset; at ex mandato d. 21ma Aug. 1760. dato, sub pœna remotionis usque ad d. 20. Sept. homagium præstare jubebatur. Antiquissima tempo-

ra nobis non exhibebunt exempla, indicta causa quem fuisse condemnatum; Hic tamen contigit, & uti Diarium posteriorum comitorum provincialium 5to Septembris narrat, Serenissimus, quemadmodum rumor fert, per unum ex supremis Consiliariis, binos majores Capitaneos & Consiliarium *Ziegenhornium*, (qui vero uti §. II. hujus informationis jam probatum est, ad hunc actum minime adhibendus) hanc magni momenti rem patravit, post habitis omnibus rationibus à reliquis Consiliariis supremis, majoribusque Capitaneis allatis.

In Formula Regiminis §. 7mo hæc quidem occurrunt; Nemo prædictorum supremorum Consiliariorum seu Capitaneorum, non nisi gravibus & justis rationibus, quas Principem, adhibitis Supremis Consiliariis, & quatuor Majoribus Capitaneis cognoscere oportet, munere suo privetur, facta vero cognitione removeri potest. Facile autem intelligitur, Principem, hoc casu existente non posse accusatorem agere, sed hominem publico munere fungentem crimen læsæ Majestatis admisisse oportuit, alias hæc Lex, & nostras Leges fundamentales & omnes Regni constitutiones læderet. Nam Pacta Subjectionis §. 18. hæc exhibent: Quia imperantis Majestatem non dedecet confiteri, imperium legibus esse obnoxium, ut nec Princeps, nec superior vel inferior Magistratus, nec alius quisquam, indicta causa nobilitatem, Vasallos, aut alios bonis suis frivole privet. Sed si quis forsan in opinione esset, se contra quem causam habere legitimam, coram tribunali, Regis Senatoribus, seu comitiis causam agat; est enim nefas, ut quis in propria causa judex sit.

In Regni Constitutione anni 1578. legitur:

„Rex,

„Rex, si quem crimine Læſæ Majeſtatis Ipſe accuſaverit, nec  
 „Judex eſſe, nec throno inſidere poteſt, ſed cauſa cognoscenda  
 „erit à Senatoribus & nuntiis Regni in Comitiiis.

Regius Princeps, Dux Noſter Sereniſſimus, uti ſub Lit. m.  
 annotavimus, pacta Subjectionis, hæc Reipublicæ fundamenta,  
 tanto valore agnovit, ut Formulam Reg. cæteraque omnia Le-  
 gibus fundamentalibus non contraria inſtrumenta tantummodo,  
 uti res in pactis ſubjectionis fundatas accepit, eaque pro baſi  
 indubitata reverſalium ponere voluit; contra tamen falſæ illæ  
 de provincia relationes, & à Dominis Supremis Conſiliariis,  
 contra juramentum ſanctè præſtitum neglecta, gravis ac ſeria  
 admonitio, & omiſſum refugium ad S. R. Majeſtatem id effece-  
 runt, ut Sereniſſimus Regius Princeps, conſervationem privi-  
 legiorum Nobilium, quam Jurejurando, tanquam Curlandiæ  
 Dux præſtito, ſanctè conſervare promiſit, licet invitus poſtha-  
 buerit, & eo hanc minantem ſuſpicionem præbuerit, ut præ-  
 ſtito homagio ea plane ex animo delenda eſſent, quæ Deo & pa-  
 triæ debentur.

Sereniſſimus Dux, *Fridericus Caſmirus* beatiſſimæ memoriæ,  
 anno 1684. tam aſperis non uſus eſt, nec uti potuit, remediis,  
 adverſus majorem Capitaneum Diſtriçtus Tuckumeniſis, *Ma-  
 thiam de Altenbockum*, quamvis homagium tunc non ea ex cauſa  
 recuſatum fuerit, quia pacta, tanquam Reipublicæ conſtitutio-  
 nes fundamentales, prius acceptanda fuerint, ſed ſolum uti  
 prænominatus Princeps in Laudo publico, dato d. 29. Martii  
 ej. anni, Ipſe indicat, quia mos introductus fuit querendi.

Annis ab ætate noſtra longius remotis invenitur quidem,  
 Sereniſſimum *Jacobum* piæ memoriæ Ducem, anno 1645. hanc  
 Legem conficiendam curaffe, vide §. 19.

„Homagium recusantes, à Fisco tanquam inobedientes &  
 „Legum contemtores, tenore hujus Laudi Publici in Jus vo-  
 „cantur.

Verum hæc Lex, postquam præfatus Dux Regi Polonorum  
*Uladislao*, Anno 1638. Sacramentum Ipse dixisset, & ideo, jam  
 dimisso septem annorum spatio sancita, denique vero anno  
 1648. reassumta fuit (quum quidam decem annos homagium  
 præstare abnuerint) tamen æque minus in usu suscepta fuit, ac  
 illa reservato bonorum publicatio, in privilegio *Gotthardi*, de  
 anno 1570. quia utraque contra citatum §. 18. pactorum subje-  
 ctionis evidenter pugnant, & per se ipsa non valent.

Gravaminibus, quibus semper major accessit cumulus, etiam  
 literæ moratoriæ accensendæ sunt, quæ Libaviensi Prætori  
*Grund*, de dato Mitaviæ, d. 2. Aug. 1760. concessæ sunt.

In his inter alia hæc leguntur verba:

„Contra supplicans intra quinquennium à Dato hujus, nec  
 „exigi ob debita sua neque in Jus vocari potest à creditoribus  
 „suis, uti & quodvis forum horum Ducatum prohibetur, con-  
 „tra Supplicantem in causa debiti sui ex Jure statuere.

Hæ Literæ moratoriæ fidem nostram tam in patria, quam  
 apud exteros diminuent, & contra §. 45. ceteraque loca pro-  
 vinciæ statutorum, nec non contra cuiusvis obligationis natu-  
 ram pugnant, cui secundum prædicta statuta §. 150. nihil op-  
 poni potest, nisi latæ sententiæ, quæ jam vim Legis obtinue-  
 runt, Pacta conventa, & juramenta præstita.

Indictio sic dictarum *Recognitions-Gelder*, qua ædes hæredi-  
 tariæ Nobilium Mitaviæ onerantur, aliquid plane novi est, &  
 contra privilegium Ducis *Gotthardi*, §. 12. in quo legimus:

„No-

§. XI.

Nulla exstat Lex permittens, ut *Ziegenhornius* Confiliarii vices subire possit, in Form. Reg. §. I. occurrit quidem: Doctores Juris Duos ex statu civico muneri huic praeesse posse, annexa tamen conditione si ex Indigenis Nobilibus idoneum non inveniretur subjectum, (non autem indigenarum merita exploravit Serenissimus) neminem vero ex civili ordine multo minus exterum nobilem, Confiliarii munere fungi posse, luculentius patet ex Actu compositionis, Commissorialis Decisionis, Anno 1642. uterque Confiliarius ex Ordine Equestri et praesentes, et qui futuri sunt etc. His verbis commissio distincte explicavit et abrogavit §. I. in Form. Reg.

„Novis oneribus, exactionibus, tributis, & ejusmodi ordinem equestrem nec hoc tempore nec unquam onerabimus.

Quam acerbum dolorem incusserint res huc usque ita cadentes, ipsi animo Serenissimi, si quando Formæ Regiminis acquisiverit cognitionem, quæ illi, tanquam Principi peregrino incognita fuit, quantum quoque jam inde sentiat dolorem Generosus Ordo Equestris, neminem fugere potest; Nam cum eximiae facultates animi à majoribus ingeneratae, optimae indoles, & praestantissimum ingenii acumen Serenissimi Nostri Ducis omnia nobis secunda, & quietem ominarentur inæstimabilem, suasores, sui Ipsius commodi, gloriaeque solum cupidi, patriæque inimici, inimicis consiliis nos ita opprimunt, ut necessitate coacti ad remedia duca & nobis semper ingrata descendere debeamus.

Reg. Juris nempe Doctores ex statu Civico eligi posse. Juris vero Doctori, videlicet Nobili, Consiliarii Ducalis titulum competere, sancitur in eadem Decisione data, quum nobilitas tum temporis quereretur, et Nobilium gravamina hoc imprimis desiderarent: quod alter Consiliariorum nobilis quidem, non autem indigena, nomine Dnus de *Abnen* fuerit, hac ratione Commissio §. 3tio decrevit: praefatum Dnum de *Abnen* Duce efflagitante titulum quidem servare ast in futurum, non vero sit exemplo, exterus nunquam admittatur et indigena ab muneribus ne arceatur. Ex isto vero Die publicis consultationibus ne amplius intersit.

## §. XII.

Allegatae Leges, quamvis aperte doceant, ex Civico statu Consiliarius eligi non posse; *Ziegenhornius* tamen omnia sibi sumisit, quin plura, quae Legibus conformiter, Consiliario nobili indigenae competunt.

1.) Arbitratu suo ac propria authoritate jus sessionis sibi arrogavit in judicio Criminali nobilium, licet in Form. Reg. §. 17. legatur:

„Quatuor Supremos Consiliarios et quatuor Majores Capitaneos in Judiciis Criminalibus nobilium decernere oportet.

2.) Omnes subscriptione signat Decisiones ad Libellos supplices, quamvis in actu Compositionis Anno 1727. haec occurrant:

„Ex-

„Expeditiones in Cancellaria Supremorum Consiliario-  
riorum subscriptione solum signentur. „

3.) Laudo Publico Anno 1759. nomen suum apposuit; hæc autem prærogativa est nobilis, Jure indigenatus gaudentis, non vero hominis ex Civico statu, etiamsi summum honoris teneret gradum, & hoc eo minus tolerandum est, quia secundum Legum normam Consiliarii munere fungi nequit.

4.) Denique *Ziegenhornius* per Rescriptum in gratiam sui sed minus dextere 6to Julii, 1760. curatum, demonstrat Leges violare se non nefas habuisse, quia insatiabili honorum cupidine agitatus fuit, in hoc enim Rescripto & Formula Reg. læditur, & Commiss. Dec. de anno 1642. & 1717. tolluntur.

### §. XIII.

Ex Commissoriali Decisione, de anno 1717. ad Gravamen 19. aperte liquet, Ducalia Edicta, quæ contra Jura pugnant, neque in comitiis provincialibus recognita sunt, non esse publicanda. Edictum tamen Mitaviæ, d. 20. Sept. 1760. hujus tenoris promulgatum est.

„Sed quoque jubemus, ut quilibet Judæos in his terris  
„habitantes, & merces circumvehentes ubique & in viis pu-  
„blicis & in aliis locis capiat, & cum equis & mercibus Mit-  
„viam deducat, ut pœna adficiantur, & merces publicentur:  
„(Sub his quoque intelligendum esse ultra fines habitantem

„Judæum, si merces gerit, edicti Sensus aperte ostendit:)  
 „Nos mandamus atque jubemus, exteris Judæis cum Poloni-  
 „cis & Lithuanicis bonis mercatoriis mercaturam facientibus,  
 „si ob hanc, iis non interdictam, mercaturam, Mitaviam fre-  
 „quentare vellent, concedentes. &c.

Hoc adversatur Laudo Publico auctoritate S. R. Mctis, an-  
 no 1746. constituto, §. cujus 65. hæc verba:

„At hæc circumstantia Judæis non ansam dabit, longius  
 „temporis spatium in Curlandia commorandi, sed omnes &  
 „singuli eorum, nemine excepto, præter, pretiosa & mer-  
 „ces circumvehentes mercatores, (quibus tamen sub nullo  
 „prætextu, sedem figere licebit) ex Curlandiæ finibus discede-  
 „re jubentur & relegantur, ita ut ne quis Judæorum tres heb-  
 „domades, post terminum Joannis Baptistæ anno 1746. in  
 „Curlandia inveniatur, si vero forsitan quis edicto inobediens  
 „esset, & Judæus in his terris habitans, & quilibet eum tuens,  
 „& suscipiens &c. s)

#### §. XIV.

Legibus præfatis contrarium edictum, quod nummos  
 adulterinos vetat, publicatum est, licet Generosus Ordo  
 Eque-

s) Hæc Lex de anno 1746. Judæum suscipienti constituit Fiscii  
 actionem & multam centum thalerorum, edictum vero mul-  
 ctam constituit arbitrariam, hoc vero legem tollit, & quisque  
 tali modo errans imperiosæ obnoxius est animadversioni.

Equestris nihil eorum in deliberatoriis habuerit; hoc vero edicto nobilitati magnum adfertur detrimentum, mercatores enim in urbibus maritimis iis monetis annonam solverunt, & hac ratione rure viventes, hoc tantum ferunt incommodum t.)

§. XV.

Commissio de 1717. supremis Consiliariis, et iis, qui publico munere funguntur, formulam præscripsit. Jam vero incio Generoso ordine Equestri hoc Juramentum rejectum & illud, de anno 1642. receptum, & ab recentioribus Ministris præstitum est; præsumt itaque Rebus publicis, qui duabus diversis se obstrinxerunt Jurisjurandi formulis: cuique vero oblucet ratio, ob quam sacramentum, de 1717. recensioribus dicendum non datum sit, quod, quando priores munere defuncti fuerint, secundum juramentum anno 1642. constitu-

E 3

tum,

t) Contra hæc loquitur Laudum Publicum, de anno 1692. ubi §. 3tio hoc legitur:

„Receptos nummos non nisi per Laudum Publicum reduce-  
 „mus, monetas vero adulterinas, quæ trans mare & plaustris  
 „advehuntur, nostri Magistratus publicare jubentur.„ Ast pu-  
 blicatio nummorum adeo non observata, ut potius Libaviensis  
 quidam mercatores, (quorum nomina indicare facile est,) ali-  
 quot dolia Saxonice Tymphonibus repleta adferri curaverint.  
 Cum vero Thalerum Albertinum, novem Floreni hujus num-  
 mi, si internus valor consideretur impleant, lucrum per ma-  
 gnum fecerunt, Remque publicam improbe defraudarunt.

tum, exoticis & peregrinis, (id quod illud, de 1717. exacte vetat) via patet omnibus consultationibus Publicis sese immiscendi; quin hæc mutatio prodit, & Commissorialem Decisionem & Lauda Publica posse posthaberi. Jam hac de re deceptatum fuit à Regimine & Generoso Ordine Equestri. Regimen, quoque illegitimam actionem mutare cogebatur, uti ex Actu compositionis, de anno 1746. §. 48. patet. Hac occasione Juramentum de anno 1717. servatum & à Rege Clementissime confirmatum est.

### §. XVI.

Circularibus in Diœcesibus divulgandis ad hæc Comitia Provincialia, Serenissimus Regius Princeps, Dux noster, manu propria, de Dato Mitaviæ 9. Julii 1760. subscripsit, licet eodem tempore in Ducatibus Curlandiæ nondum adesset, sed septimo Decimo ejusdem Mensis demum Mitaviam advenerit. Hoc vero §. 5. Form. Reg. contradicit.

### §. XVII.

Deliberatoria, quæ Regius Princeps, Dux noster Serenissimus, à Generoso Ordine Equestri in Comitibus provincialibus 1759. habitis accepit & rata habuit, sunt quidem ad hæc 1760. celebranda comitia ad Deliberandum in Diœceses expedita, ast partim mutata, partim omiſſa inveniuntur. Verum enim vero hoc omnibus consuetudinibus, jam ante  
secu-

seculum receptis repuagnt, & omnes consuetudines, quæ Lege nova non abrogantur, pro ipsa Lege habendæ, u) ejusque vigorem retinent.

u) Si Deliberatoria sunt Fundamenta, super quibus Leges figuntur, ea quoque, si semel hanc in finem recepta, in liberæ Reipublicæ offensionem, neque omitti, nec rejici possunt. Si enim varia scelera hominum ad varias pœnas irrogandas causam præberunt, decimum Sextum Deliberatorium, etiam absolute erat necessarium, malo cuidam occurrendi, quod Rempublicam concussam penitus evertere minatur, præsertim, cum pœna vitii nullitatis in Legibus constituta remedium minus sufficiens esse videtur, quo teneamur, mandata, instructionibus nobis injuncta magis pie exsequendi, si conscientiæ rectæ & bonæ famæ nulla habetur ratio.

Sane! si cum negotiis illorum contenti esse debemus, qui fiducia & spe, quam in eos collocavimus, frivole abusi sunt, & qui multum pecuniæ inutiliter consumserunt, nihil libertatis nobis remanebit, & dolorem ignorabimus ex illata injuria, & crimen Læsæ Reipublicæ adeo leve scelus nobis erit, quod illud animadvertere non dignamur.

Mitaviæ,

Die 31mo Decembr.

1760.

*Friedericus Wilhelmus de Heyking.*

*Georgius Fridericus de Plettenberg.*

